



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnium huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

XLI. Rectene hi Clerici, isti Laici appellentur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

AVTOR. Vera est CONFESSIO de Veritate Ecclesiæ Romanæ, Ethnicorum, Iudæorum, Hæreticorum, Turcarum. &c.

XIV. LUTHERO-CALVINISTARVM, omniumque hostium Ecclesiæ, infelix semper exitus fuit.

XV. Felix autem Prosperitas, cum Deo, Ecclesiæ veræ fuit, est, erit.

VII. DE CLERICIS.

QVÆSTIO XLI.

Rectene hi Clerici, isti Laici appellantur?

LUTHERO-CALVINISTÆ, quod rem attinet, haud negant, ministerium Verbi & Sacramentorum non ex æquo ad omnes pertinere: vocem tamen Cleri auersantur.

LUTHERVS lib de abroganda Msa priuata, par. 1. *Quo in nostra translatio habet? Non dominantes in Cleris, inter pretu incuria fait, qua fecit, in Clerum hoc loco intelligunt, quos nunc à Laicis discreuit in pia hominum translatio. Infra Hoc dixisse contenti sumus: Christianum populum esse simplicem; in quo prorsus nulla secta, nulla differentia personarum, nullus clericus, nullus Laicus, nullus natus, nullus rarus, nullus Monachus esse debeat.*

CALVINVS Instit. l. 4. c. 4. § 9. *Hæc appellatio aut errore, aut certo ex praua affectione nata est: cum tota Ecclesia Clerus, id est, hereditas Domini, à Petro dicatur: Idem ad 1. Pet. 5. Vtinam Patribus nunquam venisset in mentem, ut hac voce vterentur. Gal. 3. Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu.*

AVTOR. I. Distinctio Clericorum & Laicorum est omnino Christi, Ioa. 15. *Ego elegi vos, scilicet turba.* 2. Est Apostolica, 1. Pet. 5. *Non Dominantes in Cleris.* 3. Est Canonica in descriptis à S. Cle-

mente Canonibus Apostolorum, Can. 3. 12. 15. 4. Est ea antiquissimorum Patrum, & Conciliorum: apud Bellarm. lib. de Clericis c. 1.

II Vnitatis & Simplicitas populi Christiani est, quæ describitur eph. 4. *Vnus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & Pater omnium.* Vt unum dicant, idem sentiant, & non sint in eis schismata. Hæc simplicitas procul à Lutheris caluinistis exulat. 2. Nec Cleri & Populi distinctio cum Vnitate ea pugnat magis, quam membrorum diuersitas cum Corporis Vnitate. 1. Cor. 12. *Si totum corpus oculus; ubi auditus? &c. Et si omnia essent unum membrum, ubi Corpus? Nunc autem multa sunt membra, unum autem corpus.* 3. S. Petrus uice, Cleri, alludit ad Leuitas, Deut. 18. Num. 18. à quibus fors natiuitatis transit ad Christianos forte Electionis.

SVASIONES contrariæ ex his conruunt vltro.

QVÆSTIO XLII.

Ius Eligendi, Ordinandiq. Pastores, seu Ministros estne Populi, an Episcoporum?

LUTHERVS lib de potest. Papæ. Illyricus & Centuriatores, Brentius, & Kemnitius &c. Itemq. CALVINVS Instit. l. 4. c. 3. §. 15. *Habemus esse hanc Legitimam ex Verbo Dei Ministri vocationem.* 1. *Ubi ex populi consensu & approbatione creantur, qui visi fuerint idonei.* 2. *Praesertim Electioni debent Pastores; ne quid per leuitatem, vel per mala studia, vel per tumultum à multitudine peccetur.* Voluntigitur: *Vocare & Eligere, Populi esse, Iure diuino; non Papæ, non Prælati, non Canonorum: 1. Ordinare*